



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Cl. Viri Valerii Andreae Desselii In Academia Lovaniensi  
Professoris Regii Erotemata Juris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Coloniae, 1697**

IX. De conjugio servorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62934)

## De conjugio servorum.

## T I T. IX.

*Suntne licita inter servos conjugia?*

*a. 1. h. t.* **O**Mnino, adeoque & contradicentibus atque invitis dominis, ne tamen per hoc servus non liberetur a debitis & consuetis servitiis domino exhibendis.

*Quid si liber homo contrahat cum serva vel ancilla?*

*a. 2. h. t.* *Inst. de nupt. in princ.* Distinguendum est. Vel enim liber homo scivit eam esse ancillam, & vel matrimonium: vel ignoranter contrahit cum ancilla, credens esse liberam, quo casu matrimonium est nullum, & potest qui cum ea contraxit, postquam intellexit servam esse, ab ea separari, & cum alia contrahere. Nisi eandem, postquam rescivit esse servam, cognoverit carnaliter; quam tunc tenetur uxorem retinere: quia apud Christianos matrimonium consistere potest etiam inter liberum & servam, quam vis aliter se habeat jure civili.